Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



76

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum
ut sit illi sacerdotij dignitas in eternum Ps. Misericordias
domini in eternum cantabo Eliapsi Collecta.
Exaudi domine preces nostras quas in
sancti H confessoris tui atq; pontificis
solleuipuitate deferimus ut qui tibi di
gne meruit famulari eius intercessionibus
ab omnibus nos absolue peccatis
Ecce sacerdos magnus Lectio libri sapientie
Qui in diebus suis placuit deo et inuentus
est iustus et in tempore iracundie factus est
reconciliatio. H Non est inuentus similis
illi qui conseruaret legem excelsi. Ideo iure
iurando fecit illum dominus crescere in plebem
suam. Benedictionem omni genti dedit illi
et testamentum suum confirmauit super caput
eius. Agnouerunt eum in benedictionibus suis
Conseruauit illi misericordiam suam et inuenit
gratiam coram oculis domini. Magnificauit
eum in conspectu regum et dedit illi coronam
glorie. Statuit illi testamentum sempiternum
et dedit illi sacerdotium magnum et beatificauit
illum in gloria. Fungi sacerdotio et herere
laudem in nomine tuo et offerre illi in
censum dignum in odorem suauitatis Ps.
Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo V. Non
est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi A